De his itaque poſtea conſiderandum eſt. Ab arte autem fiunt, quorum ſpecies in anima. Speciem autem dico, ipſum quid erat eſſe vniuſcuiuſque, & primam ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodam modo eadem ſpecies eſt. Priuationis nanque ſubſtantia, oppoſita ſubſtantia: vt ſanitas, ægritudinis. Illius enim abſentia, oſtenditur ægritudo. Sanitas verò eſt ratio, quæ in anima, & in ſcientia eſt. Fit itaque ſanum, ita intelligente. Cùm hoc ſanitas ſit, neceſſe eſt, ſi ſanitas erit, hoc fieri: vtputa, æqualitatem: quòd ſi hoc, caliditatem. Et ita ſemper intelligit, donec redigat in illud, quod ipſe poteſt vltimum facere: deinde motus, qui iam poſt hæc fit, effectio ad ſanitatem appellatur. Quare quodam modo ex ſanitate ſanitatem accidit fieri, & domum ex domo. Quę ſine materia, eam quæ habet materiam. Ars enim medendi, & ædificandi, eſt ſpecies ſanitatis, & domus. Dico autem ſubſtantiam abſque materia, quod quid erat eſſe. Generationum autem, & motuum, hæc quidem intellectio, hæc verò effectio vocatur: quæ quidem à principio & ſpecie, intellectio: quæ verò ab vltimo, ipſius intellectionis effectio. Similiter autem & in cæteris mediis vnumquodque fit. Dico autem, vtputa, ſi conualeſcet, oportet adæquari. Quid igitur eſt adæquari? hoc autem erit, ſi calefiet. Hoc autem quid eſt? hoc quidem. Hoc autem poteſtate ineſt, hoc verò iam in ipſo eſt. Faciens igitur, & vnde conualeſcendi motus incipit, ſi ab arte, ſpecies eſt in anima. Quòd ſi caſu, ab eo, quod eſt faciendi principium illi, qui ab arte facit: ſicut fortaſſis & in medendo principium à calefaciendo fit. Hoc autem facit, fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliquid tale, quod eſt pars ſanitatis, aut plura. Hoc autem vltimum faciens, & quod ita pars eſt ſanitatis, & domus, & aliorum, vt lapides. Quare quemadmodum dicitur, impoſſibile eſt fieri, ſi nihil præexiſtat. Quòd ſanè pars ex neceſſitate exiſtet, patet. materia nanque, pars: ineſt etiam hæc, & fit. Sed vtrum eorum etiam eſt, quæ in ratione? vtroque quidẽ modo dicimus multos circulos quidnam ſint, & materiam dicentes, quòd æs, & ſpeciem quòd talis figura: & hoc eſt genus, in quo primo ponitur: æneus autẽ circulus habet in ipſa ratione materiã. Ex quo verò, tanquam materia, fiunt aliqua,

A περὶ μὲν οὖν τούτων ὕστερον ἐπισκεπτέον, ἀπὸ τέχνης δὲ γίγνεται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ. εἶδος δὲ λέγω, τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου, καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν. καὶ γὰρ τῶν ἐναντίων τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ εἶδος. τῆς γὰρ στερήσεως οὐσία, ἡ οὐσία ἡ ἀντικειμένη, οἷον ὑγίεια νόσου. ἐκείνης γὰρ ἀπουσία, δηλοῦται ἡ νόσος. ἡ δὲ ὑγίεια, ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λόγος, καὶ ὁ ἐν τῇ ἐπιστήμῃ. γί-

B νεται δὲ τὸ ὑγιές, νοήσαντος· ἐπειδὴ τοδὶ ὑγίειαν, ἀνάγκη, εἰ ὑγιὲς ἔσται, τοδὶ ὑπάρξαι, οἷον, ὁμαλότητα· εἰ δὲ τοῦτο, θερμότητα. καὶ οὕτως ἀεὶ νοεῖ, ἕως ἂν ἀγάγῃ εἰς τοῦτο ὃ αὐτὸς δύναται ἔσχατον ποιεῖν. εἶτα ἤδη ἡ ἀπὸ τούτων κίνησις, ποίησις καλεῖται, ἡ ἐπὶ τὸ ὑγιαίνειν. ὥστε συμβαίνει τρόπον τινὰ ὑγίειαν ἐξ ὑγιείας γίνεσθαι, καὶ τὴν οἰκίαν ἐξ οἰκίας, τῆς

C ἄνευ ὕλης, τὴν ἔχουσαν ὕλην. ἡ γὰρ ἰατρική ἐστι καὶ οἰκοδομική, τὸ εἶδος τῆς ὑγιείας καὶ τῆς οἰκίας. λέγω δὲ οὐσίαν ἄνευ ὕλης, τὸ τί ἦν εἶναι. τῶν δὲ γενέσεων καὶ κινήσεων, ἡ μὲν νόησις καλεῖται, ἡ δὲ ποίησις· ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ εἴδους, νόησις· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ τελευταίου τῆς νοήσεως, ποίησις. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν μεταξὺ ἕκαστον γίνεται. λέγω δ' οἷον, εἰ ὑγιανθῇ, δεῖ ὁμαλυνθῆναι. τί οὖν ἐστι

D τὸ ὁμαλυνθῆναι; τοδί. τοῦτο δ' ἔσται εἰ θερμανθήσεται. τοῦτο δὲ τί ἐστι; τοδί. ὑπάρχει δὲ τοδὶ δυνάμει· τοῦτο δὲ ἤδη ἐπ' αὐτῷ. τὸ δὴ ποιοῦν καὶ ὅθεν ἄρχεται ἡ κίνησις τοῦ ὑγιαίνειν, ἐὰν μὲν ἀπὸ τέχνης, τὸ εἶδός ἐστι τὸ ἐν τῇ ψυχῇ· ἐὰν δ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ἀπὸ τούτου δηλονότι ὅ ποτε τοῦ ποιεῖν ἀρχὴ τῷ ποιοῦντι ἀπὸ τέχνης· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἰατρεύειν,

E ἴσως ἀπὸ τοῦ θερμαίνειν ἡ ἀρχή. τοῦτο δὲ ποιεῖ τῇ τρίψει. ἡ θερμότης τοίνυν ἡ ἐν τῷ σώματι, ἢ μέρος τῆς ὑγιείας, ἢ ἕπεταί τι αὐτῇ τοιοῦτον ὅ ἐστι μέρος τῆς ὑγιείας, ἢ διὰ πλειόνων. τοῦτο δ' ἔσχατον, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ οὕτως μέρος ἐστὶ τῆς ὑγιείας, καὶ τῆς οἰκίας· οἷον, οἱ λίθοι. καὶ τῶν ἄλλων. ὥστε καθάπερ λέγεται ἀδύνατον γενέσθαι εἰ μηδὲν προϋπάρχοι. ὅτι μὲν οὖν τὸ μέρος ὑπάρξει ἐξ ἀνάγκης, φανερόν. ἡ γὰρ

F ὕλη μέρος. ἐνυπάρχει γὰρ καὶ γίνεται αὕτη. ἀλλ' ἆρα καὶ τῶν ἐν τῷ λόγῳ; ἀμφοτέρως δὲ λέγομεν τοὺς πολλοὺς κύκλους τί εἰσι· καὶ τὴν ὕλην λέγοντες ὅτι χαλκός· καὶ τὸ εἶδος, ὅτι σχῆμα τοιόνδε, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ γένος, εἰς ὃ πρῶτον τίθεται. ὁ δὲ χαλκοῦς κύκλος ἔχει ἐν τῷ λόγῳ τὴν ὕλην. ἐξ οὗ δὲ ὡς ὕλης γίνεται ἔνια,

λέγεται